



**Francisci Monacelli Eugubini J. U. D. Protonotarii  
Apostolici, olim Ecclesiae Venusinae, ac deinde Aesinatis  
Vicarii Generalis, &c. Formularium Legale Practicum Fori  
Ecclesiastici**

In Quo Formulæ Expeditionum usufrequentium de his, quæ pertinent ad  
Officium Judicis nobile, continentur ; Opus Episcopis, Vicariis Generalibus,  
Aliisque Iurisdictionem quasi Episcopalem exercentibus: necnon  
Confessariis, Parochis, Cancellariis, cæterisque in dicto Foro versantibus,  
apprimè utile ...

In qua præter formulas Declaratoriarum Censurarum, ponuntur aliæ  
formulæ, tum Citationum, ac Monitionum pro validitate processuum  
requisitarum, tum Decretorum, aliorumve actuum ad opportunitatem, &  
ornatum materiæ incidentium; acceditque in calce Appendix miscellanea,  
plura, ad Gubernium ...

**Monacellus, Franciscus**

**Venetiis, 1709**

Decreti Interdicti contenti in c. Episcoporum, de privileg. in 6. Form. I.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62433)

# FORMULARIUM LEGALE PRACTICUM

Fori Ecclesiastici.

## PARS TERTIA.

### TITULUS III.

De Censura Interdicti in particulari.

*De Interdicto contento in cap. Episcoporum de  
privileg. in 6.*

**C**ontigit aliquando, quod Rectores, Governatores, vel Domini temporales, ex aliqua justa causa, publicè ab Ordinario excommunicati; nè videantur ab hominibus, delictum excommunicatione dignum commisisse, censuram contemnentibus volunt non tantum divinis interesse, sed etiam de illis participare, & sacramenta recipere, & Ecclesiæ ministri sive timore reverentia, sive servili seducti, eos recipiunt, & admittunt. Quare Ordinarius quoties casus eveniat, capta informatione excessus, poterit ad interdictum Ecclesiæ locale particulare, vel locale, & personale simul, modo sequenti devenire.

Decreti Interdicti.

### FORMULA I.

**A**tenta relatione excessus N. publicè communicati, & informatione capta, ex qua constat ipsum in die solemnitate N. in Ecclesia N. divinis publicè interfuisse, & ad participationem sacramenti Eucharistiæ admissum fuisse, Ecclesiam præfatam, nec non Presbyteros N. & N. qui eum temerè receperunt, & admiserunt, Ecclesiastico Interdicto subicimus, & subjectam, ac subjectos esse volumus, & declaramus, & publicè denunciari mandamus, &c.

N. Episcopus (sive Vic. Gen.) N.

N. Actuarius.